Sacra Regia M.tas

E 29 Augusti 1627 de

353

N 91

Eductus è militaribus castris Nicolaus Philippi, qui dudum mihi à M.te V.ra in Collegio Germanico alendus adfuit, ægrè se, ac molestè conuertit ad studia bonarum artium, atque ad togatam disciplinam: Vt ego, et secum remissius agendum curauerim dum castrensis ille animi ardor deferueret, et rogandam M.tem V.ram putauerim ne in posterum huc mittantur nisi qui non modo se Philosophicæ, ac Theologicae doctrinę dedituri sint, sed qui Ecclesiasticae uitae rationem sequi omnino decreuerint: Ita enim aliquando fore credendum est, ut hi diuinae miserationis administri tandem effecti, iuuante Brigitta, restituturi sint sibi Patriam, Patriae fidem Christo, Regnum M.ti V.rae, cui prospera omnia precor ex animo. Roma pridie non. Sept. M.DC.XXVIJ

V.ræ Sacræ Regiæ M.tis

Humillimus et deditissimus

[illegible] Magalotti

346.

3. sept. 1627. Card.l Magalotti
R. 2.